

**www.e-rara.ch**

## **Athanasii Kircheri ... Iter Exstaticum Coeleste**

**Kircher, Athanasius**

**Herbipoli [i.e.Würzburg], 1671**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1231>

Epilogus.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

quàm ferio Dei Filius pro salute mundi tantopere ingrati laborarit. Certè in universi mundi machina non tantum, quantum vel pro unico peccatore redimendo laborem sustinuit. In mundi producentis operibus dixit tantum, & facta sunt; pro hominis verò salute, cum Deus esset, homo factus, servi formam suscepit, innumeris laboribus se voluntariè subjecit, & tandem ignominiosissimam mortem subiens, ingratos mortales in verbis sustinuit contradictores, in factis observatores, in morte denique illufiores. Atque hæc de inscrutabilibus Dei judiciis, in quantum ea humana mens attingere potest, sufficiant.

## EPILOGUS.

**Cosmiel.** Agedum Theodidacte, jam tempus advenit, ut discussis omnibus divinæ sapientiæ operibus tandem tuæ Telluris orbi restituaris. Vidisti, ni fallor, quantum humano oculo concessum fuit, divinorum operum magnitudinem, varietatem, excellentiam; observasti finem, ob quem omnia condita sint; divinæ providentiæ semitas attendisti. Porro nihil amplius restat, quàm ut ea omnia tibi applices ad virtutum omnium complementum; tum deinde aliis eruditione ad justitiam: quæ si feceris, ecce bonorum nunquam interiturorum ubertas jam tibi parata est in collium æternorum habitaculis, ubi vitam habebis verè beatam, vitam securam, vitam tranquillam, pulchram, mundam, vitam ignaram mortis, tristitiæ nesciam, vitam sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, vitam totius elegantia & dignitatis plenissimam; ubi omnia in verbo vitæ, quæcunque tantopere in hujus corruptibilis vitæ usura miratus es, sine fine perfectè, intimè, uberrimè contemplaberis. *Theodidactus.* Ah, quæso, mi divine Magister, moriar; moriar, quæso, vel hoc momento, ut unà tecum hæc omnia possideam: jam enim verò omnia terrena mihi vilescunt, dum ea, quæ omnem exuperant sensum, attentius pondero. *Cosmiel.* Quemadmodum inexhausta est pramiorum scelestium copia, ita sine laboribus, sine sudore, sine prævio virtutum

virtutum omnium exercitio nemo eas consecuturum speret. Tibi pro gloria & honore Dei primò assiduo allaborandum; tibi Deo cum timore & tremore serviendum; tibi omni mentis conatu, omnibus virium medullis Deus Optimus præ omnibus ardentissimè amandus; tibi omnia terrenarum caducarumque voluntatum irritamenta magno animo aspernanda sunt, ut sic in divini amoris osculo carnis mortalitate exutus, ea inenarrabili mentis gaudio æternùm possideas. Vale, dilecte mi. *Theodid.* Ah dulcis magister, adhuc modicum persistas. *Cosmiel.* Divinæ voluntati resistis, si me diutiùs tecum morari cogis. *Theodidactus.* Fiat itaque divina voluntas, & in ea tua. Sed rogo te, mi Cosmiel, unicum mentis meæ solatium, ne abiturus tuâ me invisibili in posterum præsentia destituas, sed me in dubiis illumines, in periculis liberes, in adversis consolers; ut tuâ directione semitas mandatorum Dei cum læticia percurram, usque dum tecum exutâ mortalitate in perpetuas vivam æternitates. *Cosmiel.* Fiat, fiat. *Theodidactus.* Vix dixerat, cùm ecce tenues in auras abiens, ex oculis non sine ingenti dolore meo evanuit. Ego verò veluti ex alto quodam contemplationis somno emerfus, in meo me Museo constitutum reperi. Faxit Divina bonitas, ut hoc Itinerarium Exstaticum ad Omnipotentis Dei honorem & gloriam, cui me meaque omnia dedico, unicè cedat. Amen.

## CONCLUSIO

### OPERIS,

#### *Cum protestatione Auctoris.*

**H**Abes, Lector benevole, in hoc Itinerario Exstatico meam de Mundo, corporumque cœlestium fabrica & compositione sententiam, sub ficti raptûs integumento & velamine indigitatam. Hoc unum à te contenderim, ne audaciorum for-